

felapti cum darapti,
darapti cum felapti,
natale munus unde
non confici potestur.
Sic derogat facultas,
quod erogat voluntas.

*Falsus spei suprema,
ego more debitoris,
Solvendo debitoris
inidonei, fricare
misere caput, capillos
& vellere barbam:
cum derepente Phœbus
nil tale cogitanti
intervenit, measque
imaginationes
& somniationes,
meras inanitates
verasque vanitates
ridens, agis quid? inquit:
dies caniculares
vermesque Margarethæ,
agitare te, putarem:
dies caniculares
vermesque Margarethæ
nisi praterisse scirem,
sciremque praterisse.
Quod arca, quodque cella,*

culina, bibliotheca,
habet tuus nec hortus:
habet tuum cor intus.
Hinc cordiale votum
deprome pro salute
Tanti viri, suorum
et pro salute longâ,
felicitate longâ,
natale munus inde
bene confici potestur,
nec derogat facultas,
quod erogat voluntas.
Iloc munus omne munus
Superat, quod arca, cella,
Culina, bibliotheca,
tuus & ministrat hortus.

*Morem gero jubenti,
votumque cordis imâ
conceptum in æde promo:*

*Faxit supremus ille
Factor soli poli que,
poli soli que factor
supremus ille faxit,
STRAVCHI Patrone magne,
Protectus à periculis,
ab omnibus periculis,
morboque tutus omni,
maloque tutus omni,*